Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36925
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Tandem samaritanus quidem illi appinquabat
Et sauciati vulnera mitiorum sanabat
Samaritanus custos interpretatur
Per quem ihesus xpus custos noster designatur
Et nisi custos iste in hunc mundum venisset
Nunquam homo in vita eterna introisset
Laudemus et benedicamus dominum nostrum ihesum xpm
Qui venit in hunc mundum sanare seminuivum istum
Cum autem filius dei in hunc mundum venire satagebat
Virginem de qua nasceretur premittere disponebat
Misit ergo angelum qui conceptionem eius nunciavit
Et sanctificationem eius in utero et nomen pariter intimavit
Hec sanctissima virgo maria est
Per quam venit sauciato sanctio pia huic
Et prophetarum oraculis multipliciter insinuavit
Per quam etiam deus in multis figuris premonstravit
Ex astrages visionem mirabilem videbat
Quod silicet de utero filie sue vitis pulcherrima crescebat
Que frondibus et foliis se amenissime dilatabat
Et fructum proferens totum regnum suum obumbrabat
Dictum est autem ei quam interpretationem hec visio gerebat
Et vz de filia sua magnus rex nasciturus erat
Hec filia posthec tyrum regem generavit
Qui filios israhel de captivitate babylonis liberavit
Hec est literalis huius visionis significatio
Sed alia est mistica eius prefiguratio